BENEDICTUS DE NURSIA. PS. AUGUSTINUS. PS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS. IOHANNES FISCAMNENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. PETRUS DE ROSENHEIM

Melk, Mitte 15. Jh. Seite 139r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41344
Copyright: Melk, Benediktinerstift



93
ma. flo.

intelligam te, intelligens diligam te, et
diligens laudem te, atque toto corde meo
desiderem pulchritudinem visionis tue
semper misericere

Audio quid nobis velit intimare scrip-
tura quam sanctificasti et misisti in mundum
Audio et credo ei, dicat enim: spiritus est deus, et
eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet
adorare et credere. Quod spiritus incomprehensibilis
incommutabilis incorporeus incircumscriptus
ubique totus nusquam divisus, secundum corporis scripture
testimonium veridicum. Hoc enim modo discer-
neris creator a creatura in qua non sunt hec
etiam que et spiritus dixi. Si ita est, quia ita est
Quomodo invocabo deum meum et dominum meum
Quo utique in me ipso inveniam eum cum invo-
cabo eum Et quis locus est in me quo ve-
niat in me deus meus Quo veniat ille
qui fecit celum et terram. Ita ne deus meus
est quidquam in me quod capiat te, an vero ce-
lum et terra que fecisti et in quibus etiam
me fecisti capiunt te. An quia sine te non